

*in suis villis et prediis, et ut nulla efficiatur exactio aut inquisitio nec placita custodiantur ibi per missos regales vel per aliquos duces vel comites, qui post decessum eius futuri essent sub servitio filii sui Chlotharii vel nepotis eius Dagoberti vel quorumlibet stirpis sue in generatione reliqua usque in perpetuum, sed maneanť liberi cum omni securitate in monasterio suo et orent semper pro regali sublimitate* (MGH SS rer. Mer. 5 S. 168, 24–169, 9).

Die Urkunde ist ge- oder verfälscht; siehe oben S. 10.

Nr. 18

Theuderich III. (673–690) macht unter Mitwirkung des Hausmeiers Ebroin († 680) der Reimser Kirche unter Bischof Reolus (673/74–688/693) eine Schenkung zugunsten von Orbais.

Flodoard, *Historia* (wie Anm. 1) II c. 10: *Construxit hic venerabilis presul monasterium Orbacense in loco, quem promeruit dono regis Teoderici per ipsius licentiam suffragante quoque Ebroino, maiore domus* (MGH SS 13 S. 458, 26 f.).

Siehe oben S. 10.

Nr. 19/20

Dagobert III. (711–715) verleiht der Reimser Kirche unter Bischof Rigobert (ca. 692/93–743/44) die Immunität und erläßt für genau bezeichnete Güter eine *Tractoria*. Diese oder beide Urkunden werden von Theuderich IV. bestätigt.

Flodoard, *Historia* (wie Anm. 1) II c. 11: *A Dagoberto denique rege preceptum immunitatis suae obtinuit ecclesiae, suggerens eidem regi, qualiter ipsa ecclesia sub precedentibus Francorum regibus a tempore domni Remigii et Clodovei regis, quem ipse baptizavit, ab omni functionum publicarum iugo liberrima semper extiterit. Qui prefatus rex hoc beneficium confirmare vel innovare disponens cum consilio procerum suorum statuit ad praedecessorum formam regum precipiens, ut omnes ipsius sanctae dei ecclesiae res, tam in Campania et infra urbem vel suburbanis, quam in Austrasia seu Neustria vel in Burgundia seu partibus Massiliae, in Rodinico etiam, Gavalitano, Arvernico, Turonico seu Pictavico, Limovicino vel ubicumque infra regna eius ipsa Remensis ecclesia vel basilica beatissimi Remigii villas aut homines habere videbatur, sub integra immunitate omni tempore possent*